



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 34. Auspicia Pontificatus Alexandri VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

de more possessionem Palatii ad S. Joan-  
nem in Laterano accepit, ubi omnes pla-  
teæ, per quas transibat, aulæis ornatæ  
erant, ac distinctis in locis triumphales  
arcus exsurgebant, non sine magna popu-  
li admiratione, qui in nullius Papæ  
solemnis ejusmodi apparatus conspe-  
xerat.

Sæcul. XV.  
A. C. 1492.

§. XXXIII.

*Nepos Pontificis ad purpuram  
evehus.*

Ultima Augusti die summus Pontifex,  
Patrum confessum habuit, ubi Joan-  
nem de Borgia Hispanum inter Nepo-  
tes suos primum, qui Montis Regalis  
Archiepiscopus erat, Sacro Purpurato-  
rum Collegio adscripsit, eumque ad titu-  
lum S. Sulannæ vocavit.

§. XXXIV.

*Auspicia Pontificatus Alexandri VI.*

Communis erat omnium Principum læ-  
titia, qui neo - electo Pontifici fau-  
stam electionis suæ sortem solemnem lega-  
tione gratulabantur, nec abs re; nam  
prudens agendi ratio, qua non solum an-  
te obtentos summi sacerdotii honores,  
sed etiam sub primis Pontificatus auspi-  
ciis eminebat, ac præterea ejusdem  
mansue-

Sæcul. XV.  
A.C. 1492.

*Marian. l. 26*  
*c. 2.*  
*Guicciard.*  
*hist. lib. I. c. 2. & seq.*

mansuetudo, moderatio, & sapientissimæ leges, quibus justitiæ administrationi, populique saluti providerat, maximam auspiciatissimi regiminis spem præbebant: Verum haud diuturna fuit concepta felicitas; brevi enim sinistra de Alexandro opinio, ac diversa plurimorum suspicio invaluit. Referunt nonnulli, comperta ejus electione in lacrimas prorupisse Ferdinandum Neapolis Regem, cum enim longævo rerum usu exercitissimus esset, futura, quæ imminerent, mala facile prospexit. Verum ut paucis complectar omnia, ægre admodum posteris persuasum esse poterit, quomodo vir ante Pontificatum supremas Ecclesiæ dignitates emensus, tot aliunde præclaris dotibus auctus, inter tot vitia Pontificii fastigii splendorem conservare valuerit: Observant tamen Guicciardinus, alique Scriptores coævi, Cardinales hujus Pontificis electores debitas avaritiæ suæ poenas in hac vita Deo dedisse.

§. XXXV.

*Laurentii Medicei obitus.*

*Angel. Polyt. Episc. Tolar. l. 5.*

Paucis ante obitum Innocentii Mensibus die nona Aprilis e vivis ereptus est Laurentius Mediceus, Petri de Medicis I., & Lucretiæ Tornaboni sceminae  
in